



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Aliæ Prudens Responsio Abbatus Alexandri. Capvt. CXLII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Habebat autem & compassionem maximam ad eos, qui peccabant. Quarum omnium rerū nos sepe experimenta cœpimus.

1 Virtutes quæ sanctum patrem reddebant commendabilem.

Prudens responsio Abbatis Olympij.

C A P . C X L I .

FRater quidam venit ad Abbatem Olympium in monasterium Abbatis Gerasimi prope Iordanem, & dixit ei: Abba, quomodo sedes in spelunca ista propter æstus magnitudinem, & cyniphes? Respondit ei senex: Fili, ista idcirco tolero, ut futuris cruciatibus liberer. Ideo cyniphes patior, ut immortalem effugiam vermem; similiter & æstum hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens. Hęc enim sunt temporalia sunt illa vero finem nullum habent.

Alia Prudens Responsio Abbatis Alexandri.

C A P V T . C X L I I .

FRater alius perrexit ad Abbatem Alexandrum ipsius monasterij Abbatis Gerasimi ducentum, & ait illi: Abba, volo ex eo loco, ubi habito, discedere. Valde enim acedia, & tædio animi laboro: Respondit ei Abbas Alexander: Istud filii signum est, quia nec regnū cœlorū, nec æternum cruciatū in mente habes. Nam si ista sollicitudine cogitares, nullam in cella tua acediam sentirens.

Vita David Latronum principis, postea monachus effecti.

C A P V T . C X L I I I .

Cum venissemus in Thebaidem, conuenimus Sophistam Phibamonem in vrbe Antinoe.

Narra-